

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Munus g
cum fonte primo

Quo beatus Eugenius munera caucius abigebat, ad eum undique multiplicius confluebant. Hoc quoque fere ubique accidit ut fugiant dum queruntur, dum fugantur accelerant.

Quo beatus Eugenius munera caucius abigebat, ad eum undique multiplicius confluebant. Hoc quoque fere ubique accidit, ut fugiant dum quaeruntur, dum fugantur accelerant.

Iohannes Sarisberiensis, *Policraticus*, 5, 17 (C.C.I. Webb ed., vol.1, p.367, ll.15-18).

Cum eidem prior quidam modice facultatis cuius causam nondum audierat, marcam auri deuotione multa instanter offerret. Nondum, inquit, ingressus es domum, et iam uis corrumpere dominum? Corruptionem namque uir sanctus credidit, quicquid offerebatur lite pendente.

Vnde,
cum in aduentu suo prior quidam modicae facultatis, cuius causam nondum audierat, ei marcam auri deuotione multa instanter offerret: Nondum, inquit, domum ingressus es, et iam uis corrumpere dominum? Corruptionem namque uir sanctus credidit quicquid offerebatur iudici lite pendente.

Crisostomus ibidem (in tractatu de symbolo).

Iohannes Sarisberiensis, *Policraticus*, 5, 15 (C.C.I. Webb ed., vol.1, p.347, ll.15-20).